Di quella ch'io con tutto'l mondo aspetto *Fatali necessitate quasi lata sententia moriẽdum est omnibus, ut inquit Isocrates. &*

uulgare dictum, quod omnia orta occidunt, quod aucta omnia senescunt, & quod deniq; generata omnia corrumpuntur, Imò quod nec uis Herculea fatum uitabit acerbum. Nec te tua uirtus (inquit P. met ad Nicolaum Magnũ Regni Siciliæ sinescalcum scribens) aut fortuna, uel studia liberabunt à morte, intrabit æque in nostra palatia & in solitudines. Moriendum est, soluendum naturæ debitum, abeundum, cedendum sequentibus, agendumq; iter patrum nostrorum. & quia nemini parcit impudentem appellat eã Pinda. Metonymiaq; figura est, dicendo con tutto'l mondo, cio è con gli huomini che sono al mondo.

Che'l tempo anchora

Non era giunto al mio uiuer prescritto;

statuito & determinato iuxta illud Iob.
Constituisti terminos eius, qui præteriri non poterunt, quoniam prouidentia dei infallibilis est.

SONETTO LXXV.

Vero è'l prouerbio, ch'altri cangia il pelo

Anzi che'l uezzo: *sic Vespasiani Bubulcus, cum sibi negatam libertatem, Imperium adeptus negasset, proclamauit, uulpes pilum mutant non mores. & à prouerbio sic arguunt nostri, senti uetus prouerbium est, in. l. solent. ff. de offi. procon. & ipsemet P. alibi supra.*
Prouerbio ama chi t'ama è fatto antico.
Et gia di la dal rio passato è'l merlo,

Che mirando'l fuggir de gli anni mei. *Sic Virgi.*

Sed fugit interea fugit irreparabile tempus.
Prima fugit, subeunt morbi tristisq; senectus,
Et labor & duræ rapit inclementia mortis. Sic Hora:
Heu fugaces posthume posthume
Labuntur anni, nec pietas moram
Rugis & instanti senectæ
Affert, indomitæq; morti.

Vedrò mai'l di; *Syncopa per uederò gratia metri, altrimenti fora stato il uerso di tredeci sillabe.*

SONETTO LXXVI.

Quel uago impallidir che'l dolce riso,

D'un amorosa nebbia ricoperse, *sic Naso.*

Palleat omnis amans color hic est aptus amanti. & dice uago & riso appresso, à differenza di quello, ch'è uelenoso, & sanza riso, del qual pur parlò lo stesso P. quando dice.

Pallor in ore sedet macies in corpore toto,
Nusquàm recta acies, liuent rubigine dentes,
Pectora felle uirent, lingua est suffusa ueneno,
Risus abest, nisi quem uisi fecere dolores. & di questo altro impallidire à differenza dello amoroso, parlano anco i nostri, quando dicono parimente, quod Iudex debet examinare testes, non examinationem alteri committere ad eruendam ueritatem, & uidere quo uultu, quo pallore, qua constantia, & qua denique animi trepidatione loquantur, ut in l. de minore in §. tormenta. ff. de quæstio. & not. in l. 3. in princ. ubi glo. & Bar. ff. de testi. & in l. ad egregias personas. ff. de iureiur. & perche tutto ciò nel uolto consiste, non ab re uultus à uolendo, siue à uoluendo dictus est, quippe quod uultu animi cognoscuntur affectus.

Fora un sdegno à lato à quel ch'i dico

à lato idest à cōparatione, sic à simili Virg. estq; loquendi modus, quē solæcismum Rhetores uocant, Poeta uero schema.

Mirabarq; Duces Theucros, mirabar & ipsum
Laomedontiadem, sed cunctis altior ibat
Anchises. Enea medesimamente di grandezza era maggior d'ogn'altro, & non dimeno à lato à Polipbemo, pareua egli un pigmeo.

Et tacendo dicea *sic etiam aiunt nostri, quod tacendo quis loquatur, presertim Archid. in c. diaconi ad fi. 28. d. Imò Paulus in l fi. ff. si ex noxa. cau. aga, estq; figura hypothesis, quia si loquitur quis non tacet, nec tacendo loquitur, sed loqui fingitur, dicimusq; hinc quoque per prosopopeiam, quod sic etiam loquitur lex, l. arriani. C. de hære. quod par est uirtus taciti & expressi l. cum quid ff. si cer. pet. & quod deniq; expressum id dicitur, quod uenit ex mente l. nominis & rei. § uerbum ex legibus. ff. de uerb. signi.*

Chi m'allontana il mio fedele amico? *nō sēplicemēte amico dice, quoniā raro boni sunt, & totidē alias quot thebarū portæ, uel diuitis ostia*

Nili. ma fedele, & nimirum, quia ſic dicitur etiam eccleſiaſti ibi, amicus fidelis protectio fortis, qui illum inuenit, inuenit theſaurum. Amico fideli nulla eſt comparatio, nec digna ponderatio auri & argenti, contra bonitatem fidei illius.

SONETTO LXXVII.

Amor, fortuna, & la mia mente ſchiua *ideſt triſta*
Di quel che uede *hora, & al preſente.*
Et nel paſſato uolta *& che conſidera il paſſato tempo.*
M'affligon ſi, *talmente.*
Ch'io porto alcuna uolta
I nuidia a' quei, che ſon ſu l'altra riua. *cio è à morti per circunlocutionem, & perifraſtice, alludendo al fauoloſo fiume di lethe, oue Charonte nochiero paſſa l'anime, da queſta uita preſente partite, & andate all'altra, omne animal tamen (ut philoſophus inquit) appetit eſſe, tueri ſalutem laborat, & mortem deniq; pernitiemq; deuitat, come dunq; il P. quiui dice, contra il commune diſiderio d'ogni animale hauer inuidia à morti? Fælix alias tamẽ eſt mors, (ut Boeti. cecinit) quæ ſe nec dulcibus annis*
Inſerit, & mæſtis ſæpe uocata uenit.
Onde la mente ſtolta
S'adira & piagne *prima diſſe mente ſchiua, hora ſtolta, per far il poëma uario, & appreſſo ne è figurato modo di parlare, che la mente ſia ſtolta pianga, uegga & s'adiri, & (ut Grammatici dicunt) proſopopeia. altroue la chiama ſorda, quando dice.*
Ma'l cieco amor & la mia ſorda, mente
Mi trauiauan ſi; che andar per uiua
Forza, mi conuenia, doue morte era.

Canzona. Sel penſier che mi ſtrugge.

Com'è pungente e ſaldo,

Cosi uestisse d'un color conforme, *dolor in longinquitate leuis est (inquit Cice.) in grauitate breuis, siq; maximus fuerit morte finiri, paruos autem multa quietis habere interualla.*

Et non lascia in me dramma *cio è menoma parte alcuna*

Che non sia foco & fiamma, *come soggiugne poi.*

Dragma enim est octaua unciæ pars. Octoq; unciam faciunt, & uncia identidem duodecima pars aßis as uero, nummus uilis, solidorum duodecim plus minus, quorum decem Denarium faciebant, & cosi dice etiam dio altroue.

Non hebbe mai di uero ualor dramma
Camilla, & l'altre andar' use in battaglia
Con la sinistra sola intera mamma. E'l medesimo Dante, in questo modo.

Per dicer à Virgilio, men che dramma
Di sangue m'è rimasa, che non tremi:
Conosco i segni de l'antica fiamma.

Dolci rime leggiadre *le inuocationi Poetice sono necessarie, come fanno Virgi. Dante & gli altri nunquam tamen fiunt nisi aliquid ultra humanam poßibilitatem requiramus, iuxta illud Hora.*

Nec deus intersit, nisi dignus uindice nodus
Inciderit. dulceq; est scribendi auxilium, ea de re, hæc locum inuocationis tenent.

Come fanciul, ch'à pena
Volge la lingua e snoda;
Che dir non sa *Sic etiam Hiero. ij enim (ait) infantium more balbucientium agunt qui quæcunq; audierint, fari gestiunt, cum ne dum ad plenum, uerba formare poßint. & Hierem. puer sum & nescio loqui. Imò non modo loqui nequeunt, uerum etiam ea ætas huiusmodi est, ut quid uideat ignoret, usq, adeo ut nec eis poßit negligentia imputari, aiunt nostri. l. i. C. de fal. mo. Albe. in statu. q. 7 1. par. i.*

Ben sai, che si bel piede
Non toccò terra unquã co; *ancor mai sic, ipse alibi quoq;.*

Verdi panni sanguigni oscuri ò persi.
Non uesti donna un quanco.& è parola usata nel uerso, perche nella prosa si dice unque & unquanche.

Canzona. Chiare fresche & dolci acque,

Date udientia insieme

A le dolenti mie parole estreme. *Nisi auditorum studia mihi suffragētur uercor ne quo maiorem adhibuero diligentiam, eo minus uoti compos fiam dicebat Demosthenes. & uere lepos orationis, audientium quoque studia requirit, quorum ope quãuis ea mediocriter explicata fuerit, & gloriam conciliat & gratiam adiungit, sin ijs destituatur tamet si suauitate excellat, parit tamen auditoribus fastidium.*

Et torni l'alma al proprio albergo ignuda. *Sic Iob egressus enim sum(inquit)de utero matris meæ, & nudus illuc reuertar. Inq; die Cinerum sic à simili ecclesia, Memento homo, quia cinis ès, & in cinerem reuerteris.*

Torni la fera bella & mansueta *se fera come può esser mansueta? dicunt nostri, quæ sunt ex præsumptione naturæ mutari, quæ uerò ex eiusdem necessitate non, exemplificantes primo modo, in leone, secundo uero in tygride, ille enim cicuratur facile, ista uero nunquã, in l.i.in §.bestias, ff.de postu.& in regu.semel malus de reg.iu.in 6.*

Cercandomi & o pietà *metri gratia sic dixit, dicendosi pietate, & perche detto ne haueua innanzi. Vista desiosa & lieta, fera bella & mansueta, che però far nõ si deue, ò rare fiate. & forse fu licentia poetica, & ò pro utinam stabit, sic Virg. & Ouid.*

Quanquàm o sed superent quibus hoc Neptune dedisti.
O tantam libeat mecum tibi sordida rura;
Atque humiles habitare casas, & figere ceruos.
Et ò uellem similis furor esset in illis.
& pietà, ouero pietate, per compassione, & misericordia, quale usare si deue massimamente uerso gli afflitti, come dice anco il Boccac. nel principio delle nouelle. & ci serue questa particula, o, tutti gli affetti.

Et

Et faccia forza al cielo *perche innanzi haueua detto mer ce m'impetre.& cosi Dan. quando pur dice . che qui per quei di la molto s'auanza . & con mistero il P. nostro in questo luogo che faccia forza al cielo.idest à Dio, Metonymiaq; est figura,& locus pro locato,& hinc in euang. à dieb.aut Io. Baptiste usq; nūc regnū cælorū uim patitur,& uiolenti rapiunt illud.*

Vna pioggia di fior soura'l suo grembo.

Verbum notum est , hic tamen nouum , dicendo pioggia di fiori . Sendo la pioggia,acqua che cadde dall'aria,& da questo cielo che ueggiamo d'ogn'itorno.estq; metaphoricus loquēdi modus,quale ēt illud.
Piouemmi amare lagrime dal uiso
Piouemmi giu da gliocchi un dolce humore .
Fiamma dal ciel su le tue treccie pioua. & cosi etiam dio chiama Hora . chiome le foglie de gli alberi , quando dice .
Diffugere niues redeunt iam gramina campis
Arboribusq; come , estq; (ut istud hic) uerbum ibi , identidem, notum , nouum tamen . sic etiam Home . Iliad . 1 4 . ibi coniuges recubuerunt, obducta desuper miræ pulchritudinis aurea nube,unde prælucens in subiectos stillicidium irrorabat .

Gridando parea dir , qui regna amore. *prosopopeia est, che i fiori gridino , & parlino sendo inanimati & sanza lingua . Sic in Psal .*
Cæli enarrant gloriam dei .
Eleuauerunt flumina uocem suam . & Virgil .
Iactant & ipsa suas mirantur Gargara messes .
Tanto piacque la presente Canzonetta& di lei s'inuaghio tanto,sendo in uita il Flamminio , che fu forzato , di lingua Italiana tradurla in latina, però non tanto ne è ella da lodare,sendo di M . F . P . Toscana, quanto da ammirare questa del Flamminio latina . che cosi canta.

O' fons Gargaphiæ sacer
Omni splendidior uitro
In quo uirgineum mea
Lauit Delia corpus .
Tuq; leuibus enitens
Arbor florida ramulis
Qua latus niueum & caput
Fulsis illa decorum .
Et uos prata recentia

Quæ ueſtem nitidam, & ſinum
Fouiſtis tenerum, inuida
Læti graminis herba
Voſq; auræ liquidi ætheris
Noſtri conſciæ amoris ad
Eſte, dum quæror, atq; uos
Extrema uos alloquor hora.
Si ſic fata uolunt fera
Si ſic eſt placitum deis
Vt uobis amor impia
Morte lumina condat,
Saltem pro pietate mea
Hoc concedite, frigidum
Vt corpus liceat mihi
Veſtra ponere terra:
Sic ſatis moriar libens
Si ſpes hæc ueniat ſimul
Quod nullo melius loco, hos
Linquet ſpiritus artus.
O ſi tempus erit
Cum ſuctum huc aditum ferat
Quæ nos ante diem nigros
Cogit uiſere manes.
Et locum aſpiciens, ubi
Illo purpureo die
Me uidit miſerum, ſuis
Multum quærat ocellis.
Sed iam frigida puluerem
Inter ſaxa uidens ſtatim
Pectore ardeat intimo, & me
Sic fata repoſcat.
Vt uitæ ueniam impetret
Et cogat ſuper os ſuum
In uotum, humida candido
Tergens lumina uelo:
Pulchris undiq; ramulis
Inſtar imbris in aureum
Manabant dominæ ſinum

Flores ſuaue rubentes.
Talis idalia uenus.
Silua ſub uiridi iacet
Mirto puniceo huic & huic
Nimbo tecta roſarum.
Hic flos purpureas ſuper
Veſtes, hic ſuper aureos
Crines, hic roſei ſuper
Oris labra cadebat.
Illa gramine roſcido
Inſterni, hic uitrea ſuper
Lympha nare, alius cito in
Gyrum turbine uerti.
Leui murmure candidum
Audiſſes Zephirum tibi
Palam dicere, regnat hic
Blandi mater amoris.
Tunc mecum ter, & amplius
Dixi, aut uenit ab æthere
Hæc alto, uel Oreadum
Certe ſanguinis una eſt.
Sic & grata proteruitas
Sic & uirgineum decus
Oris, uerbaq; dulcia
Me me ſurripuerant mihi.
Vt ſupina ab intimo
Fundens pectore ſæpius
Dicerem: huc ego qua uia
Quo ue tempore ueni?
Nam ſuper nitidum æthera
Euectus celeri pede, &
Magni concilio Iouis
Intereſſe uidebar.
Illo ex tempore frigerans
Fons, & prata recentia, &
Arbor florida ſic mihi
Mentem amore reuinxit
Vt ſeu nox tenebris diem

Pellit, seu rapidum fugit
Solem, non alia miser
Vnquam sede quiescam.

Canzona in quella parte.

Conuien ch'io uolga le dogliose rime

Che son seguaci de la mente afflitta *Verba intentioni deseruiunt dicimus nos ad propositum, non intentio uerbis, quodq; uerba sunt signa earum quæ sunt in anima paßionum note. c. intelligentia de uer. si. l. scireleges. ff. de legi. l. labeo.§.idem tubero.ff.de sup. lega. Imò quod secretum uoluntatis patefit uerbis uehementius, quam alijs signis, cum tamen multa sint. & lingua loquentis, tuba cordis, & talis mens in corde, quale uerbum in ore, nullumq; maius mentis testimonium, quam imspecta uerborum qualitas, dicebat Caßiodo. & Bal. in rub. extra de testi. & consi. 160. uol. i. & Ias in. l. 3. col. i. C. de lib. præte.*

Ma pur quanto l'historia trouo scritta

I n mezo'l cor, che si spesso rincorro *Metaphora, est, & uerbũ notum, nouum hic tamen, perche si scriue in carta & con inchiostro, come il Poe. istesso nostro dice altroue, in questo modo.*

Ond'io cridai con carta & con inchiostro,
Non son mio no, s'io moro, il danno è uostro, & non come quiui nel core, adunq; metaphoricamente parla, come dißi poco innanzi, & come dic'egli ancora pur cosi.
Per cui nel cor uia piu, che'n carta scriuo. Et che si spesso rincorro appresso idest rememoro, lego & discorro, & quoniam relatiuum illud che, est antelate rei representatio, & si rimoue la storia iscritta & non il core, che si exporrà, idest la quale.

Onde s'io ueggio in giouenil figura,
Incominciarsi'l mondo a' uestir d'herba,
Parmi ueder in quella etate acerba
La bella giouenetta, c'hora è donna. *sic. Ouid.*

Nam tener & lacteus puerique; simillimus æuo.

Vere nouo est, tunc herba nitens, & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes,
Omnia tum florent, florumq; coloribus almus
Ludit ager. Metaphoraq; est, uestir d'herba il mondo, come si ueste di panni, di seta, ò di brocato l'huomo, & hic quoq; ut alibi supra, uerbum notum nouum.

Fiamma d'amor, che'n cor alto s'endonna *si insignorisce, si fa signore, tiene grado di maggioranza, quasi s'indomina, si acquista dominio. Cosi Dan. quando medesimamente dice.*
Ma quella reuerentia, che s'indonna
Di tutto me, pur per B. & per ice
Mi richinaua, come l'huom che assonna.

Ne gliocchi o' pur le uiolette e'l uerde *l'uno disse propiamente parlando, l'altro per circōlocutione, & perifrastice, che Laura fusse uestita di uerde, & di pauonazzo, si come altroue similmēte, & in tal guisa*
Verdi panni sanguigni oscuri o persi
Non uesti donna unquanco.

Et fiammeggiar fra la ruggiada e'l gelo *endiadis est, ut alibi P. met quando identidem dicit:*
Per mezzi Boschi inhospiti & seluaggi,
Oue à gran rischio uan huomini, & arme. Sic Virg.
Arma uirumq; cano.
Pateris libamus & auro. & nos, pactum nil aliud esse, quam placitum & consensus. l. i. ff. de pac.

Se mai candide rose con uermiglie,
I n uasel doro uider gliocchi miei,
Allhor allhor' da uergine man colta *Virgil.*
Si quis ebur, uel mixta rubent ubi lilia multa
Alba rosa, tales uirgo dabat ore colores.
Hinc iuuenem agresti sublimem in stramine ponunt.
Q ualem uirgineo demessum pollice florem.
Veder pensaro il uiso di colei
Che auanza tutte l'altre merauiglie

per circunlocutionem arguendo à ſimili, dice Laura & le di lei eccellentie marauiglioſe, che auanzan tutte l'altre marauiglie eſtq; etiam hic, hyperbolica locutio.

Et le guancie, che adorna un dolce foco *ſic Luca:*

Rubor igneus inficit ora. Imò Virgil.
Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem.
Subiecit rubor, & calefacta per ora cucurrit. & non diſſe foco ſemplicemente, uolendo dinotare il color uermiglio delle guancie metaphoricos, ma dolce.

E'l primo di ch'i uidi a Laura ſparſi
I capei d'oro. *mos erat uirginibus, capillis collo ſolutis, & pendentibus incedere, ſi come etiam dio in molti ritratti di L. ſi uede. & dice à Laura ſparſi, propriamente parlando, & non ſanza artificio al di lei nome alludendo.*

Canzona. Italia mia.

Benche'l parlar ſia indarno *tacite obiectioni reſpondet, quia belli tempore, armis non uerbis opus eſt, hinc noſtri ubi opus eſt facto uerba non ſufficiunt. l. prætor ait. §. ſiquis paratus. ff. de no. o. nun. l. qui decem §. idem reſponſum. ff. de ſol. l. obſignatione. C. eo. ouero coſi dice, perche i prẽcipi uedeano la loro manifeſta ruina, ne però prouedeano di reſiſtere al furore delle nationi barbare, per il che poco piu giu ſoggiogne & dice pur.*
Che fan qui tante pellegrine ſpade,
Perche'l uerde terreno
Del Barbarico ſangue ſi dipinga? cio è di uerde, diuenga roſſo, & metaphoricamente parlando poi.

A le piaghe mortali
Che nel bel corpo tuo ſi ſpeſſe ueggio. *ecco gia detto ne hauea angue, hora piaghe, & corpo.*

Rettor de'l cielo io cheggio
Che la pietà che ti conduſſe in terra,
Ti uolga al tuo diletto almo paeſe. *Luca.*

Cur hanc tibi rector Olympi
Sollicitis uisum mortalibus addere curam. ma s'egli uolle nascere & morire in croce, & in Giudea, perche così dice Italia suo diletto almo paese?

Di che lieui cagion si crudel guerra. *idcirco (aiunt nostri) bellum esse iustum oportere, quod subsit legitima & naturalis causa, nec fiat uindicandi animo, sed puniendi gratia delinquentes ut per Abb. & alios in. c. sicut, ultimo, de iureiu. Non nulli maxime glo. in summa: 23. q. 2. fusius quod quinque sunt necessaria persona, causa, res, animus & autoritas, Persona cui sanguinem effundere liceat, causa legitima scilicet (ut dixi) hoc est pro sui defensione, uel suorum uel legum paternarum, res, idest pro rerum suarum repetitione, animus uero, ut non odio fiat, sed ut consequatur quis, id quod iure sibi debetur. & autoritas denique superioris, quod etiam probatur in c. clerici. 23. q. 8. & in c. si nulla eadem. q. & cau. & in c. olim de resti. spol. & in c. quid culpatur. 23. q. 1. & in l unica. C. ut armo. usus. lib. 10.*

E' i cor che'n dura & serra *quiui dice indura & serra, poco piu giu apri, e'n tenerisci. quiui Marte superbo & fero, & piu giu. Padre, quasi dicat humile & mansueto, & poco innanzi. Signor cortese, tutti ornamenti del poema, notandi, & degni di osseruatione.*

Iui fa che'l tuo uero *la tua uerità, sendo tu non altro, (come dice'l uangelo) quàm uia ueritas et uita*

(Qual io mi sia) per la mia lingua s'oda

extenuatio est sui ipsius, seq; abijcit P. Arrogãtiæ uitandæ gratia, & est sensus, Ancora ch'io non sia atto in ciò, pur qual io mi sia fa che'l tuo uero, la tua uerità per la mia lingua s'oda. simile nostri perpendunt tex. in l. 1. C. de offi. præf. præto. afri. in prin. ibi, pro quibus nihil dignum nos egisse cognoscimus. Sic Socrates, cum diceret, hoc unum scio quod nihil scio. Sic Ieremias A, à, à, domine, ecce nescio loqui, quia puer sum.

Vano error ui lusinga

Poco uedete, & parui ueder molto. *nec ab re Philosophus inquit, ad*

pauca respicientes de facili enunciant, naturaleq; uicium est, ut suo quisque blandiatur ingenio, & sibi ipsi deosculetur manum:

Che'n cor uenale amor cercate ò fede *Luca.*

Nulla fides pietasq; uiris qui castra sequuntur
Venalesq; manus, ibi fas, ubi maxima merces
Aere merent paruo, iugulumq; in Cæsaris ire
Non sibi dant. quasi dicat, cercate amore & fede, douẽ non si troua, sendo'l cor uenale di soldati forestieri stipendiarii che non combattono uirtuosamente per la sua patria, o per acquistarne gloria co gli loro egregij & ualorosi fatti, & però ben disse poco innanzi
Poco uedete, & parui ueder molto. & appresso.
Vano error ui lusinga, cio è u'ingannate di largo, & non ue ne auedete ignoranti & cieci.

O' diluuio raccolto. *Virgi.*

Diluuio ex illo, tot uasta per æquora uecti.
Dijs sedem exiguam patrijs, littusq; rogamus
Innocuum. & nota che quiui dice diluuio. Poi
Per innondar i nostri campi, quod etiam Gene. legitur, ibi aquæ diluuij innundauerunt super terram.

Ben prouide natura al nostro stato
Quando de l'alpi schermo
Pose tra noi & la Thedesca rabbia *Schermo suona riparo. Ecco che al troue pur cosi dice il P.*

Altro schermo non trouo che mi scampi
Dal manifesto accorger de le genti, & da questa parola anco schermire ch'è diffendersi uiene, & schermo & schermire da uoce greca, χερμα, che uol dire lapis & telum, à quibus nosmet defendimus, & quindi scrimia giuoco di riparo & di defensione, chiamata da i latini Gladiatura unde P. met etiam. Supra.
Se la mia uita da l'aspro tormento
Tanto si po schermire & da gli affanni. & ad propositum in epistol. Sũt alpes & maria, quibus nos manibus natura uallauit. & Iuuenal.
Rursus ad æthiopum populos, aliosq, elephantos
Additur Imperijs Hispania, Pirenæum

Transilit, opposuit natura alpemq; niuemq;.
Diduxit scopulos, & montem rupit aceto.

Fere seluagge *Barbari.*

Et mansuete gregge. *Italiani.*

Vostre uoglie diuise

Guastan del mondo la piu bella parte

Poco piu su dice diletto almo paese, hora la piu bella parte del mondo cio è la Italia.
Tellus tuta bonis, tellus metuenda superbis,
Tellus nobilibus multum generosior oris. quam etiam (ut Virgilianus ait uates) Hesperiam Grai cognomine dicunt.
Terra antiqua potens armis atq; ubere glebæ.
Et non sanza che, dalla discordia nascendo ogni male, diuoratrice d'ogni buono stato, pazza, & non usata se non da pazzi ben disse Virgi. istesso.
Arma amens capio, Arma amens fremit, & simile quiddam. hinc luciferi lapsus, Eiectio Adami, Troiæ destructio Euersio Romæ, & Põpeij deniq; atq; Cæsaris interitus. Italia la chiama Plinio da i Re. Saturnia da Saturno primo habitatore Trogo. Ausonia da una parte d'Italia Liuio. Henotria dal Re di Arcadia Dionisio, & finalmente Hesperia grande, Virgilio. quæ terræ fæcunditate, aquarum affluentia hominum mansuetudine ciuiumq; humanitate cæteris præstat & antecellit regionibus.

Io parlo per uer dire

Non per odio di altrui, ne per disprezzo *Teren.*

Veritas odium parit obsequium amicos, quæ in dicendo maxime pro banda est, & is optime dicit cuius oratio congruit rebus. Proq; ea nihil timendum, dicendumq; audacter, etiam si carcer, si uincula, si exilium, & mors minitetur. Pluris facientes remp. quam priuatum commodum, quam uitam ipsam, qua nihil est nobis charius ut Demosthenes & Cice. & sicuti obiectum uisus est color, auditus uero sonus, ita est intellectus ueritas. Imò quod ad eam nascuntur homines, quodq; uera dicere, & beneficia conferre, duo hæc à dijs immortalibus præclara eisdem data esse dice-

bat Pythagoras.& quod deniq; maiori laude atque præconio dignus est qui ueritatem dicit quàm qui ueritatem iudicat,iustitiæ mater, erroris correctio,& quæ tandem se ipsam facile tuetur ac uindicat.

Che alzando il dito con la morte scherza

come sarebbe dire di uccidere un'huomo per menoma & picciola cosa. Inde nos.
Ius habet in manibus. Sic digito Ciuitatenses
Sontes ad mortem condemnant. Vnde Iuuenal.
Et uerso pollice uulgi,quemlibet occidunt populariter inde.

Da la mattina a terza

Di uoi pensate. *idest quando siete giegiuni & sobri. necab re quoniam salubrium Consiliorum parens est, ebrietate uero nihil homine indignius.*
Imò quod ebrijs omnia in gyrum uersari uid entur.unde Hora.
Verum impransi mecum disquirite. tractantq; in Symposiis Scithæ, arcus & sagittas,cantant aliaq; agunt,ut sobrij sint,animũ ab ebrietate,auocent & auertant.

Non far idolo un nome

Vano senza soggetto *cioè di niuna consideratione,uanum enim dicitur id,quod nullius ponderis est,quodq; nulla uirtutis firmitate consistit. hinc Boetius.*
Præfectura olim magna potestas fuit,imo ut nostri dicunt sublimissima in probe.fforum,& in c.anteriorum.2.q.6.cui successit regia.l.1. ff.de offi.præf.præto.& ibi post Gul.Bal.nunc uero nomen inane,quod etiam firmat idem Bald.in l.obseruare in §.proficisci col. 2. ff. de offi. procon.subijciens olim episcopos,iudices officialium in sindicatu fuisse. Item præfectos prætorio,quodq, episcoporum iurisdictio, apud nos recessit ab aula & quod deniq; non habemus in Italia præfectos prætorio . & ad idem sic etiam in sacris legitur literis , in Psal.scilicet, prouerb.& Iaco.
Cor uanum, Auxilium uanum,uana pulchritudo, & simile quiddam;

Latin sangue gentile *Alij(ut Virg.Sylui.& Hora.)plerũque claro,aliquando regio,nõnunquã aureo sanguine quem genitum dixerunt,& pigliasi sangue,per la natione,quam Latini progeniem siue prolem uocant , unde consanguinitas & nomina sanguinis deriuantur . Et si come il P.quiui , lo chia-*

ma gentile, il Boccac. alle uolte lo dirà nobile & dolce nelle nouelle. cosi ragionando, una giouane di sangue nobile, singular dolcezza del sangue Bolognese. Nostri agnationem, quando identidem aiunt, Bona in agnatione conseruari debere. l. 1. §. fi. ff. de uen. inspi. latini rursum gentilitatem, seu (autor est Hiero. in ep.) paternitatem.

Vincerne d'intelletto

Peccato è nostro, & non natural cosa *quasi dicat che per questo degni ne siamo di reprensione, ubi alias naturali uicio parcendum esset, ut nostri aiunt, nec id alicui imputãdum. l. fluminum §. uicium. ff. de damn inf. subycientes si muliere mingente irritatus canis damnum dederit, quod non tenebitur ratione prædicta. l. si seruus seruum §. si fornacarius ff. ad legem aqui. quodq; uulpi dolus non ascribitur, ex quo ea est ipsius natura. l. quæ fortuitis, & ibi Bald. ad fi. C. de pigno. ac.*

Non e' questo'l terren ch'i toccai pria?

Non e' questo'l mio nido;

Oue nudrito fui si dolcemente?

Non e' questa la patria in ch'io mi fido,

Madre benigna & pia

Che copre l'uno & l'altro mio parente?

mira dulcedine quadam, natale solum cunctis ducit, & immemores non sinit esse sui, quam ob rem Iuppiter (ut est in fabulis) non minus Creta quam cœlo delectatur, Vlissesq; (tametsi totum peragrasset orbem) ad asperam Ithacam suam, per tot discrimina rerum, nihilominus properabat quam in asperrimis saxulis tanquàm nidum affixam, sapientissimus ille uir immortalitati ante posuit, ut inquit Cic. lib. 1. de orato. & 2. de legi. quod illam ut uideret, immortalitatem repudiauit. & in delicijs adeo quidem fuit Vespasiano Cæsari Cosana uillula in qua natus erat, & alitus, ut ne Imperator quidem factus, unquàm ipsam frequentare desierit.

Che l'antico ualore
Ne l'italici cor non è anchor morto *Italici cori dice, & ualore antico,*

perche per dire il uero tra tutte quante le nationi, niuna della Italia na per fama & per isperienza ne è piu ualorosa, la ue che Cesare, Pompeo, Scipione e'l resto de i Cesari nō harrebbero mai triomphato della Gallia, dell'Asia dell'Aphrica, & dell'altre prouincie assai, se non fusse stata la gente Italiana, della quale parlando Giulio firmico, sola lei ne loda biasimandone ogn'altra con queste belle parole. Itali, regali dignitate præfulgidi. & communemente dir si suole, che la Italia ne è regina di tutte l'altre prouincie, scolpita nella medaglia di Antonino Pio, in questo modo. tiene un scettro nella destra mano, nella sinistra un cornucopia, coronata, & siede sopra il mondo, con questa sola parola sotto à piedi che dice Italia. ne uol dir altro se non come poco piu su dicēmo, anzi come disse gia Virgi. & iterato referā. Terra antiqua potens armis atq; ubera Glebæ,

Signor mirate come'l tempo uola
Et si come la uita
Fugge, & la morte n'è soura le spalle *Virg:*

Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile tempus. & Iob. Homo natus de muliere breui uiuens tempore, repletus multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & uelut umbra fugit. ex quo ferunt, Xersem Persarum regem potentißimum ex alta specula exercitum prospicientem, sic breuitatem humanæ uitæ, ut hic P. deplorasse, quod ad annum centesimum nemo superesse potuisset. Nec ab re etiam, quoniam ut ille ait quoq;, dum bibimus, dum serta, unguenta, puellas poscimus, obrepit non intellecta senectus.

Che l'alma ignuda & sola. *Iob, nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus illuc reuertar.*

O' di mano ò d'ingegno
In qualche bella lode
In qualche honesto studio si conuerta. *però dice S. Girolamo scriuēdo à Rustico Monaco, in desiderijs est omnis ociosus, ægyptiorū*

Mo-

Monasteria hinc morem tenent, ut nullum absq; opere & labore suscipiant, non tam propter uictus necessaria, quam propter animæ salutem, ne uagentur perniciosis cogitationibus, & ad instar fornicantis, Israel omni transeunti diuaricent pedes suos. & per questo soggiugne poi il P. quiui.

Cosi qua giu si gode,

Et la strada de'l ciel si troua aperta. fusius in. c. nunq̃ de consecr. d. 5.

Gia de l'usanza pessima & antica

Del uer sempre nemica *perche poco piu su dice.*

Io parlo per uer dire,

Non per odio d'altrui ne per disprezzo.

I uo gridando pace pace pace *non semel sed bis & tot pacem dicit, clamando.*

quibus uerbis duo obseruanda sunt, primum quod clamando dixit, nec ab re, quoniam clamare, nil aliud est alias, quam alta uoce desiderium cordis exprimere, affectumq; animi ostendere, Geminatisq;, uerbis & secundo, Augentibus, propositiq; firmitatem, arguentibus ut dicunt etiam nostri. l. Balista. ff. ad treb.

Et per mostrare al mondo, di quanta consideratione sia questa Canzona, trall'altre, furono gia alcuni, che di lingua Thoscana, la fecero latina, & la tradussero, & holla in memoria dell'autore uoluta iscriuere in questo luogo, & accioche si uegga etiam dio quale & quanta ella si sia, & nella sua lingua natia, & nell'altrui. cosi dunq; diceua P. Amato, Spagnuolo dottißimo & costumatißimo giouane gia mio discepolo, che la compose.

Letales ut cumq; tuo sint corpore clades,
Ausonia, & questus frustra contester amicos:
At iuuat, ut constent suspiria, qualia nimphæ
Arnides, & flauo sperat sub gurgite Tybris:
Eridanusq; meis fontes singultibus auctus.
Obsecro candentis supreme o rector Olympi.
Si qua manet nostri quæ te demisit alendum
In terris pietas. tua flectat lumina, in oras
Hesperias, en quanta leui discordia causa.
Suffecit latios in publica damna maniplos
Tu pater indomitos populos, & Martia corda
Eumenidum durata dolis, atq; egide sæua,

Emolli, uerumq́; iubet ſub limine Iani,
(Quiſquis ego moneam) placato pectore diſcant.
Vos quorum manibus tractandas fidit habenas
Florentis fortuna ſoli, quos nulla recepti
Perculit Imperij Pietas, cur extera belli
Perfidia in ueſtras, crudeles ſumitis arces,
Quid facit excuſſum peregrina incude metallum?
Scilicet ut lætas ſegetes œnotria tellus
Barbarica cum falce metat? ſed uanus adheſit
Error, & obducta ſubſannat pectora luce:
Nunquid ab externo requiem ſperatis amore?
Et cum uenali firmatis fœdera ſiſtro?
Immemores regnaſſe patres, cum iuſſa Senatus
Extimuit Ganges, & ſub iuga præſſus hydaſpes
Conſueuit ſufferre togam, cumq́; ultima Calpe
Obſtupuit latias thetidi inſultare carinas
Securi o quondam fato, rerumq́; potiti
Quas potuit fortuna dare præſcripta tonantis
Diſcite, ab amphryſi (ſolijs haud) condita uate
Is magis incerto producit ſtamine uitam,
Quem debellatus phaleratæ laudis aceruus
Delinit, & longo graditur ſtipatus honore
Quod ſi tanta furit ueſtri concordia caſus,
Par labor arſacidas æois iungit ab oris,
Dum liceat ſtrictum Romana in uiſcera ferrum
Exigere, heu ſeries fatorum turbida, geſtis
Inuida magnanimi, diſcunt ſeruire coacti
Hectorea de ſtirpe uiri, ſubigitq́; Camillus
Aſſertas aquila alienum paſcere florem.
Proh pudor, e uaſtis collectus ſaltibus imber
Exundat lati ale caput, mellitaq́; gurges
Paſcua, torrenti decurrens obruit æſtu.
Quod ſi quiſq́; ſuo geſtit mucrone cohortes
Cedere fraterna ſi cui tandem libera ceruix
Continget? iuguloq́; caput ſeruare redempto?
Quam bene conſuluit noſtræ natura quieti
Cum populos mites inter, gentemq́; bilinguem
Intumuit, ſcopulosq́; dedit, camposq́; liquentes

Oppoſuit, contra ſed nitens ceca libido,
Et peſtis lex certa ſuæ: prenobile corpus
Reſperſit ſanie, ſcabiemq́; in membra refudit.
Interea pecus innocuum montanaq; tygris:
Collato ſtabulant luſtro, ſic uictima fatis
Ingemit aduerſis, pars ſemperq́; optima luget.
Quodq; minus dignum (ſic dij uoluere) ferendum eſt,
Infrænes acies ſine lege in bella ruentes.
Excutiunt pacem, & uictricia ſigna laceſſunt
Reliquiæ ſobolis, quam cum uaſtante Metello
Contudit & Druſus, nec languet gloria tanti
Ciuis, deflexum ſitiens cum uictor ad amnem,
Hauſit ab hoſtili rutilantes ſanguine lymphas.
Quid memorem uiſas libyco ſub ſole ſecures?
Scipio getulum quam largo uulnere littus
Imbuit? indigetes cum tu Romane pænates
Perduxti oceano, cumq; omnis ſanguine ceſpes
Concreuit, gladiumq́; illiſit uena latinum.
Nuncq́; ueſtra fides, uirtus & priſca reſedit
Et ſuperi exoſi mercedem ferre laborum:
Subduxere orbem longinqua inferre tributa
In cælum, ſtellas ne quærar? uariata regentum
Nimirum ſtructura ruit, concuſſaq́; nutat
Italia æternis odijs, & ueſtra ſi multas
Conflictata diu: toto ſplendentia mundo
Tecta quatit, Specimem rerum & Florentia tempe
Inficit Heſperidum, ſed quæ inclementia cæli?
Qua meruit noxa? uel quo diſcrimine fati?
Faſtiditus inops, uicini hærere Tyranni
Obſequio? & laceris opibus cur fulmina ſentit
Cognata uibrata manu? cur agmina caſtris
Vndiq; coguntur? noſtroq́; ſanguine campos
Humectent pretioq́; animas exponere uenum
Vile putent, haud falſa loquor, nec ſubdola clio
Inuertit ſtudijs; Odijs ue accenſa cothurnum.
Nec mentem ſtimulant certo diſpendia caſu
Aeneadæ, tantis quæ uos fortuna periclis
Edocuit, non pyrrhus atrox, non punicus enſis,

Et Tarpeia fames, cum tensis indice palmis,
Seuitia est transgressa modum, sed numina pungit
Hic dolor; & nudis exposcit Roma lacertis
Auxilium ritusq; fori, sanctumq; senatum.
Tu dormis Romana manus? si damna moraris
Vlcisci; Et turpi libeat succumbere cultro;
Rursus Romano desudent sanguine cannæ,
Irroret perusina palus, pudeat tamen urbem
Victricem didicisse pati, uiolataq; iura
Vsq; adeo leuis est asserti gloria sceptri?
Quin age fatalem iuuenem, quem summa uocabunt
Auspicia & fratrem sociabunt insulæ ethruscæ
Obserua, quem turca uirum, lagæaq; memphis
Atq; triumphati trepidabunt regna Syphacis,
Venturum, haud alius concreta labe reuulsam
Eriget Italiam, nec quemquam pectore, & armis,
Extulerit natura parem, huic laniata capillum
Assurge, & iustas domino subnecte quærelas.
Europæ lux alma fidesq; amplißima mundi,
Dijs genite, & geniture deos si nominis unquam
Ausonij curæ subeunt; lituumq; uerendum
Consulto fortuna dedit, miserere labantis
Italiæ, priscos equidem componere mores
Præside te tua Roma potest, finisq; malorum
Tu solus promissus ades, pone ocia tantis
Austriadæ titulis, quibus inclyta distinet arctos,
Et tandem celebres colles, & tecta Quirini,
(Cæsareas olim sedes nunc septa ferarum)
Instaura, optatumq; ducem Romana reuisant
Mænia, maiorum cineres, fraudataq; busto
Vt saltem tegat ossa nepos, hoc umbra Catonis
Exoret, libycis indignæ consita fatis
Nec socerum pharijs errans inconditus oris,
Horrescat post fata gener, donesq; sepulchro,
Et patria magnum, rerum monimenta tuarum,
Si potuit Cimber coram, uidisse, Tagumq;
Terno solstitio dignasti, & bethica regna.
Quid merui deserta parens? lacerata dehiscit

En nulli iam Roma caput, discerptaq; membra
In corpus coiere nouum, quin claustra superbi
Prostant Imperij, ciuili & cede cruentat
Excubias latij furiata fronte satelles,
Eripe nos tantis; uel misce incendia flammis.
Hoc uno Ausoniæ solabere fata cadentis,
Et domini latium dextra perijsse iuuabit.
His motura ducem dictis, animosq; uiriles
Exacues, hinc certa salus primordia ducet,
Aureaq; euinces Saturnia secula tellus.
Heu pietas nostriq, insignia fœda pudoris,
Non fuit hæc regio primos quæ tradidit ortus?
Hic patrius non nidus erat? cunæq; iacentis.
Vagitus quæ hausere meos? non terra parentem
Vtrunq; amplexata sinu? per sydera quæso,
O ciues mentem miseris adhibete figuris,
Et moueant populi lachrimæ & squalentia luctu
Ora patrum, gemitusq; graues, quos numina uestra
Incolumes pietate dabunt, modo signa patescant
Indolis egregie, nec prælia multa sequentur
Consensum latij, cuius nec uiuida uirtus
Subsedit, ueteres nec languent pectore uires:
Quam citus æternos orbes contorqueat annus,
Respicite ò proceres, quam uelox uita fugaces
Detineat sub luce moras, morsq; inuida tergo
Immineat, uos hic agitis, sed nulla recursum est
Tardatura dies, ubi nuda & sola potestas
Interior, dubium trepidabit uisere callem,
Securi hanc igitur uallem superate, relictis
Exuuijs, uitæ & sentes, aurasq; sinistras,
Expurgate deo, nec tempora multa terantur
Plectendis miseris, cælum sed scandere dextra
Aut uacet ingenio, laudes uel rite sacratas
Condere, ab angusto ducentes tramite honestum,
Sic fruitur claris uirtus exercita rebus,
Atq; hæc stelliferam tandem uehit orbita ad axem.
Calliope aßistas moneo, causamq; modestæ
Expone elatos animos subitura, nec ulla

Pectora, non usu offendes polluta uetusto.
Obliqua in uerum semper, tu forte repones
Magnanimos inter paucos, discrimina sortis,
Quorum consilijs, patriæ pars alta quiescat,
Et rectum placeat, sed quis me hoc munere donans
Securum præstet? quanquam non bella reportat
Paciferam quicumq; manu prætendit oliuam,
Pacem Palladiæ, pacem resonante camænæ.

P. AMATVS.

Canzona di pensier in pensier.

Hor ride, hor piagne, hor teme, hor s'assecura *Vir.*

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;. Hora.
Gaudeat an doleat cupiat metuat ue quid ad rem?
Si quicquid uidit melius, peius uesua spe? Suntq;
Hominis affectus quatuor, in quibus uersatur, benche
Alma dica il P. ponens contentum pro continenti, quia nobilius, figuratusq; loquendi modus est per Metonymiam ut alibi sæpe, uel quod Synedoche sit dicamus.
Hominis igitur primum est ridere, quanquam aliqui etiam sint qui nō rideāt, sed sint potius mæsti semper, ut alias M. Crassus, & Philippus Iunior, quos agelastos uocāt. Imò Socrates hoc nomine appellatus est. Agelaston scilicet, quia raro risisse ferunt.
Postea flere, sed hoc primum æque dici debebat, quia etiam nascentium uox prima est, uagitus, risus uero quadragesimo differtur die, ut Solinus autor grauißimus ait.
Hominis inquam est etiam timere, maxima inter hæc animi perturbatio, stupet enim (ut Hiero. inquit) sudat frons, pallent genæ, tremūt labia, & manus, caligāt oculi, lingua balbutit, & saliua siccatur.
Nec minor spes, quam uerbo illo, hor s'assecura expreßit P. ex quo sæpe homo decipitur. & quia plura sibi pollicetur, semper, quā possit consequi, eam impudentem per prosopopeiam uocat Pinda.

Huom di tal uita experto
Diria, questi arde, & di suo stato è incerto *Sic ēt alibi P. met.*

O di ueloci piu che uento & strali,

Hor ab experto uostre frodi intendo. Sic in Curcul. Plau. ad literam. Re ab experta intelligo. unde Antigonus interrogatus quem præstantißimum suorum temporum iudicaret, Pyrrhum respondit, si consenuisset. Imò quod sapiens est quis doctrina ut Aristoteles & Plato, moribus ut Lælius & Scipio, & experientia quidem ut Cato, & dicimus nos quod est optima legum interpres. l. cum de lanionis §. asinã. ff. de fun. inst. quodq; sic expertis stãdum est. l. i. ff. de uen. in po. mit. & quod experientia denique est magistra rerum efficax. c. quam sit de elec. in. 6. & quoniam experientia, rursum non admittit rationẽ in contrarium, dicendo.

Questi arde, si deue intendere ueramente. & come dice Ouid.
Vt qui te uideat, dicere poßit, amat.

Cangiar questo mio uiuer dolce amaro. *Plau.*

In cistellar. Gustu dat dulce amarum, ad satietatem usq; aggerit. Ma come cosi possono star' dui contrari insieme?
Ne pentir & uolere insieme puosſi
Per contradittion che nol consente, dice Dan. e i nostri parimente. l. ubi repugnantia. ff. de regu. iu. forse perche l'amante nell'amato si trasforma & è propio, un'anima in due corpi, & in questo caso potrà dirsi che'l uiuer sia dolce, & amaro poi considerate le paßioni che da gli accidenti amorosi nascono, ecco che al proposito il medesimo pur dice altroue.
Pasco'l cor di sospir ch'altro non chiede,
Et di lagrime uiuo à pianger nato,
Ne di ciò duolmi perche in tale stato,
E dolce il pianto, piu ch'altri non crede. & però uogliono i nostri, che i contrari possano stare insieme, quando considerati effetti diuersi loro, acconciamente s'accordano. l. legitimam ubi Pau. Cast. ff. de peti. hæ. Bal. in l. item uidendum in prin. ff. eo. argumen. optimum in. c. cum tu cum ibi not. extra de testi.

Oue porge ombra un pino alto o d'un colle *Virg.*

Sic ubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos, aut sicubi nigrum
Ilicibus crebris sacra nemus accubet umbra.

Che se l'error durasse altro non cheggio *Sic alibi P. met.*

Et se questo mio ben durasse alquanto

Nullo stato aguagliarsi al mio potrebbe.

Pur li medesmo assido *aßideo, sedeo, sto fermo, unde Ouid.*

In saxo frigida sedi.

Quamq; lapis sedes, tam lapis ipsa fui.

Indi i miei danni à misurar con gliocchi

Comincio; e'n tanto lagrimando sfogo. *Lucan.*

Metitur terras oculis. Sic Cice. parlando di Marc'Antonio, oculis ciuium cædes designabat.

Forse in quella parte

Hor di tua lontananza si sospira *forte, uerbum dubitatiuum est ut nostri aiunt, & not. in. l. ab executione. C. quo. ap. non recip. & in. c. prudentiam de offi. de. & questo ciò, perche sendo lontano certo non era se per lui si sospirasse:*

Qui ueder poi l'imagine mia sola *quasi dicat una sta tua ueder poi, un simulacro, un'ombra non huomo, sanza core, il quale è quello che'l uiuifica: perche innanzi haueua detto gia.*

Iui è'l mio cor, & quella che'l m'inuola. & alla Canzona parla prosopopeiaq; est, che possa ella ueder l'imagine sua sola, & hyperbole che un huomo sia sanza core.

SONETTO LXXVIII.

Riposto il guidardon d'ogni mia fede. *guidardone idest premio, gratia, & remuneratione, & è uoce prouenzale, usata dal P. in molt'altri luogi, il quale copertamente chiama. L. ingrata, perche non guiderdonare cui merta, ne è grande ingratitudine. qua nihil est detestabilius, & homine ingrato nihil peius, si maxime beneficiorum immemor gratiam referre negligat, Imò quod ingratitudo est omnium malorum caput & origo ut inquit Xenophon Socraticus in uita Cyri Persarum regis.*

Pasco'l cor di sospiri ch'altro non chiede *Ouid.*

Cura dolorq; animi, lachrimæq; alimenta fuere, però soggiogne.

Et

Et di lagrime uiuo, á pianger nato,

Ne di cio duolmi, perche in tale ſtato,

E dolce il pianto, *& poco piu ſu:*

Et à pena uorrei
Cangiar queſto mio uiuer dolce amaro. & perche per il uero, le lagrime, dell'huomo cibo non ſono, figuratamente coſi diſſe. & di lagrime uiuo. figuraq; eſt proſopopeia, qua frequentißime utitur P.
Et ſolo ad una imagine m'attegno che fe non zeuzi, o praxitele, o fidia, Ma miglior maſtro & di piu alto ingegno parla del ritratto di L. fatto di man di Simon Saneſe, del quale al ſuo luogo ne è ſtato detto à baſtanza. & certo magnum quid eſt, che preponga un pittore de ſuo tempi, a gli pittori & maſtri antichi.

Coſi naſcoſto mi ritroua inuidia. *Sic quoq; me latentem inuenit inuidia, hominum peſtis, quam græci maſculam fingunt, latini fæminam, fælicitatis enim comes eſt, & hydra lernea nocentior, quæ ſemper egregijs conatibus obſibilat.*

SONETTO LXXIX.

Perche nel uiuer breue

Non rincreſco á me ſteſſo, anzi mi glorio

D'eſſer ſeruato á la ſtagion piu tarda. *Hip.*

Vita breuis ars longa. & Virgil.
Stat ſua cuiq; dies breue & irreparabile tempus.

SONETTO LXXX.

Amor m'ha poſto, come ſegno á ſtrale *Hierem.*

Posuit me quasi signum ad sagittas. Sic nostri.
In prælatis obseruatum est, quod quasi signum ad sagittas positi sunt. c. qualiter & quando de accusa. reprehenditur tamen hoc in loco P. quod ornamentis & figuris orationis abundet, nullam habens subiectam sententiam, qua ornamenta ipsa nitantur. hæcq; sunt. Sole, foco, uento, neue, cera, nebbia, saette, punge, abbaglia, & digrugge. neue corrisponde al Sole, cera al foco, nebbia al uento. & rursum punge pur alle saette, abbaglia al sole, & distrugge al foco. ne uol dir altro abbaglia che tor la uista & offuscarla. & cosi dice parimente altroue
E'l Sol abbaglia chi ben fiso'l guarda. Et abbagliare è propiamente appresso i latini caligare in Sole, offuscarsi gli occhi nel Sole, & parola che uiene da ad & baiulare, che non altro uol dire che portarne uia la uista da gli occhi.
Dice anco poco innanzi.

Merce chiamando, & uoi non cale. *cio è a uoi & aupheresis est, quasi dicat non siete calda, ne ui curate, ò poca cura ne hauete, & parola prouenzale, usata spesso dal P. da Dante & dal Boccacio.*

Canzona. qual piu diuersa & noua.

La onde il di uien fore *Orientem dicit perifrastice, alibi uero proprie sic.*
Apena sponta in oriente un raggio.

Vna pietra è si ardita *magnetem intelligit, quæ lapis est (ut Albertus Magnus & Plin. aiunt) Ferruginei coloris, qui ut plurimum in indico inuenitur mari, adeoq; abundat ut nauigare eo in loco periculosum sit, nauibus clauos habentibus, quod ad se ut Heraclius, trahit, cum adamante contendit amplius, & animatum Empedocles agrigentinus esse affirmauit, seq; paulo infra P. declarat, dicens.*
Che'n carne essendo, ueggio trarmi à riua
Ad una uiua dolce calamita. & quod in indico mari inueniatur, trahatq; ad se ferrum, exprimit statim sic.
La per l'indico mar che da natura
Tragge à se il ferro e'l fura
Dal legno in guisa, che è nauigi affonde.

Et dicendo ferro & fura, ni foret geminata.r.litera agnominationem esse diceremus, ut alibi Io. Bocca. Pyrrho d'insul pero, pure dicea.

Vn sasso a trar piu scarso

Carne che ferro *aliud est Magnetis genus, (eodem Alberto autore) quod ad se carnem trahit, & innanzi disse pietra, quiui sasso. & auenga che scarso se intenda scarsamente, nondimeno pigliasi quiui per auido & disideroso, acyrologiaq; figura est, quale illud. Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.*

Ne l'estremo occidente *se poco piu su fatto ne ha mentione dell'oriente, cõueneuole cosa ne era etiam dio, che cosi facesse, dell'occidente, per non lasciare la oratione (ò uogliam dire) il poema imperfetto, come fa poi del mezzo giorno, & di settentrione, piu oltre, che sono quattro parti del mondo, chiamate clymata, & Plagæ.*

Vna fera soaue & queta tanto

Che nulla piu *catoblepam intelligit de qua sic Plini. apud Hesperios Aethiopas fons est, niger (ut pleriq; existimauerunt) nili caput, quod argumenta quæ diximus, persuadent. iuxta hunc fera appellatur catoblepas, modica alioquin, cæterisq; membris iners, caput tantum prægraue, ægre ferens, id deiectum semper in terram, alias internectio humani generis, omnibus qui eius oculos uidere, confestim expirantibus. quæ non minus bene descripta est, quam Magnetis paulo supra fecerit, uel Plinius ipse. & quiui fera soaue & queta dice, Paulo inferius uero, Angelica & innocente. Ma come innocente, se gliocchi suoi saran cagion di morte, come egli dice, & se fera appresso, come soaue, queta & angelica? Fera enim à feritate dicta est, ut aiunt nostri. l. i.§. bestias. ff. de postu. à che si puo dire che sia figurato modo di parlare, figuraq; ipsa hypothesis, cum esse fingimus, aut dicimus, quod non est, & minime mirum, quoniam & Calybem & catoblepam ipsam quoq;, perifrastice descripsit.*

Sorge nel mezzo giorno.

Vna fontana, & tien nome dal Sole *Meridiem modo dicit post orientem & occidentem, per dir anco di questa fontana, con queste istesse parole da Q. Curtio descritta, nella uita & fatti di Alessandro Re di*

Macedonia . est etiam aliud (ait) Hamonis nemus , fontem in medio habens (aquam solis uocant , però dice quiui il P . & tien nome dal Sole) sub lucis ortu tepida manat, cuius meridie uehementißimus est calor , frigida eadem in uespere fluit , postea media nocte ex æstuat, feruida quoq; proprius nox tendit ad lucem , multo ex nocturno calore decrescit , donec sub ipsum diei ortum, assueto tempore languescat. & ad idem sic , Silius Italicus.

Stat phano uicina nouum , & memorabile lympha
Quæ nascente die, quæq; deficiente tepescit,
Quæq; friget medium , cum sol ascendit Olympum .

Vn'altra fonte ha Epiro *ecco il Settentrione, & quindi à proposito Plinio & Solino .*

In Dodone Iouis fons est, qui cum sit gelidus & immensus extinguat faces , si admoueantur extinctæ accendit, idem meridie semper deficit qua de causa, Anapænomenon uocant .

Due fonti ha chi de l'una
Bee , mor ridendo , & chi de l'altra , scampa .

à proprietate occulta, diuersi, immo contrarij oriuntur effectus quam ob rem nec concludens potest aßignari ratio, admiramurq́, ut hic P. causam ignorantes . sic etiam cum ad se ferrum trahat , Magnes, uel carnem ut supra cur nilus exundet æstate media , Euripusq́, totiens reciprocet , cur æris sono apes in aluearia reuertantur , cur exhorreat leo animalium princeps, Gallum Gallinacæum , siue albas uestes Elephas , Bubalus uero rubeas reformident , & Tygrides commoueantur deniq; tympanis .

In una chiusa ualle , ond'esce sorga
Si sta *perche d'altre fonti detto ne haue, dice anco di questa hora, si come nell'opere latine , sic ad Barbatum Sulmonensem .*

Nisi forte in solitudinem meam transalpinam, atq; ad fontem sorgiæ me restringis, illic iocari enim tecum dulce est. & alibi sic alijs scribēs.
Ad fontem sorgiæ ut nunc est animus, piscator esse potero , uenator amplius non ero .
Te procul ad fontem sorgiæ lachrimantem, lachrimans dimisi.
Vt si forte abessem, confestim ad fontem sorgiæ, ubi maxime æstatem agere solebam , omnibus neglectis accederem .
Quis enim est tam mutus , qui ioco non respondeat quo me fontem

ſorgiæ diſpenſaſſe dicis. & ſic tandem Ioanni Cardinali Columnæ.
Ima tenent fontes, nimpharum nobile regum
Sorgia ſurgit ibi, querulis placidiſsimus undis
Hic mihi ſaxoſæ rigidus telluris agellus
Contigit. Alludendo in queſte iſteſſe parole, à Val chiuſa, & dicendo per hiſterologiam,
In una chiuſa ualle. quemadmodum & alibi identidem ſic.
Se'l ſaſſo unde è piu chiuſa queſta ualle
Di che'l ſuo proprio nome ſi deriua. & nell'opere latine, quando pur dice.
Vallis clauſa unde ſorgiæ fons erũpit æſtiuo preſertĩ tẽpore optabilis.

SONETTO LXXXI.

Egli in Hieruſalem & Io in Egitto. *Hieruſalem tranquillitas & pax, Aegyptus uero anguſtia, & afflictio interpretatur, eſtq; prouerbiũ Eccleſiaſticum.*

Ma ſofferenza è nel dolor conforto. *egli è uero che coſi dice Hora. quicquid corrigere nefas eſt, leuius fieri patientia, ma non però che ſia conforto, & il P. altroue.*
